



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Ioannes Damascenvs. 6. Maij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

*immarcessibilem charitatem totamque se ejus sub-
jiciat voluntati, in ejus operibus atque judiciis
nihil vacat à veritate Iustitia, nihil à meseratione
Clementia.* S. Leo serm. de Iejun.

S. IOANNES DAMASCENSUS. 6. Maij.

ETiam hic IOANNES, cui à patriâ DAMASCENO
nomen fecit, inter VIRGINIS cultores in pau-
cis est numerandus. Cùm enim Sarracenorum Du-
ci à consiliis esset, calamum interim in Leonem
sacrarum imaginum hostem strinxit, pulchrum
existimans, pro MATRIS capite manum suam ob-
jicere. Nam cùm literas commentus impius esset
Imperator velut ab ipso IOANNES scriptas, quibus
Damascum prodere cogita ret, easque Sarraceno
transmisisset, dextram hic scilicet detruncavit in-
nocenti. Sed precanti & ante icona DEIPARAE fa-
miliarius querenti, quò ad pugnandù pro ipsius
& Filii honore inermis jam esset, ecce tibi auxilia-
tricem manum VIRGO porrigens, dextram inte-
gerimam restituit, relictâ solum in miraculi vesti-
gium lineâ rubente, quam rectius armillam nos
dicemus. Hinc IOANNES sapientiæ sanctioris ru-
dimenta inter Anachoretas discere aggressus, ma-
gnos brevi progressus fecit. Fiscellas enim in patriâ
jussus vendere, risui scilicet fuit, qui nuper om-
nium admirationi erat. Iam sordes omnes in co-
nubio illâ, illâ non tam suâ quàm VIRGINIS manu
jussus purgare, non dubitavit imperio obsequi.
Quare manum tam nobili victoriâ splendidam
calamo denuò ipsa cæli Imperatrix MARIA arma-
vit, scripsitque illa quæ hodieque orbis omnis
miratur. Sed nimirum quæ reddidit, etiam rexit
dexteram, *Ex Io. Patri. Hier.*

Nostrato

Nostram memoriam repositurum Deipare faciamus. Hoc verò quomodo erit? Ea fuit Virgo, & a-matrix Virginum: Si ergo cum corpore mentē quoque castam habuerimus, inhabitantem ejus gratiam possidebimus. S. Io. Damasc. serm. de Aff. B. M. V.

S. FLAVIA DOMITILLA V. & M.

7. Maij.

A Dornabat in centesimum CHRISTI annum FLAVIA Aurelio desponsa nuptias, & ad nuptias sese imprimis: cum Nereus & Archilleus, qui à cubiculis illi erant, sollicitam moverunt, ut eam in comendo curam cælo impenderet, ita fore, uti sponsum CHRISTVM nancisceretur. Audiit illa tam salubria monentes, repudiatōque mortali sponso, immortali nubentem. Clemens Pont. Max. ex more Christiano, flammeo involvit. Consilium hoc optimum etiam ipsis auctoribus fuit. Nam duo egregii illi Paranymp̄i mox Martyres coronam primi nuptialem abstulerunt; ac FLAVIA in exilium missa, dura atque aspera multa perpessa est. Post cū Theodoram atque Euphrosynam, que ad Aurelii amores iterum illam abstrahere nitentur, in suam etiam sententiam pertraxisset, & ipse Aurelius dum choreas duceret, subito fato corruens, mortuales fecisset, quas nuptiales putaverat; irā ardens hujus germanus Luxerius, edibus, in quibus DOMITILLA cum geminis, quas memoravimus, Virginibus agebat, ignem subjecit. Sed nempe tam sanctis nuptiis ille sic tædas præluxit; sponfarum verò posttridie corpora, ut à Cupidinis, sic à tyranni etiam ignibus integra fuerunt, & à tam sanctis flammaram spoliis hodie Illuacum Germaniæ civitas splendet. Ex Surio.

Despiciem.